UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Caput XI. Quod adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusae tamen substantiae permanserunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

Visual Library

Apud Photium I X.

CAPUT X.

Quod incorporalis diuinitatis corpus facta fuerit ipſa caro, habens animam rationabilem: & quod ſi ea a ſeſe diuidere voluerimus, procul dubio labefactabimus diſpenſationem, quæ in Chriſto intelligitur.

IN cantico canticorum ipſe nobis introductus eſt dicens Dominus noſter
Cantic. 2. v. 1. Jesus Christus: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Quemadmodum ergo odor res quidem eſt incorporea, habet autem, quaſi proprium corpus, id in quo ineſt; tamen vnum ex vtroque intelligitur lilium. Corrumpetur autem ipſius ratio, vnius rei diſceſſu: in ſubjecto enim corpore odor eſt. Ita etiam in Chriſto intelligimus diuinitatis naturam, quæ ſuam excellentiſſimam majeſtatem, vt odorem ſuauiſſimum, mundo diſpergit, tanquam in ſubjecto, eſſe in corpore humanitatis; & id quod incorporale eſt per naturam, per adunationem diſpenſatoriam, pene dicam factum fuiſſe corporale; propterea quod voluit ſe cognoſci per corpus, in eo enim diuina ſigna operatus eſt. Igitur id quod incorporale eſt, tanquam in ſuo corpore intelligi poteſt, quemadmodum etiam odor in flore ſubjecto; lilium tamen jam & odor, & flos nominatur.

Ὅτι τῆς ἀσωμάτου θεότητος σῶμα γέγονεν ἡ σάρξ, ψυχὴν ἔχουσα λογικήν· καὶ ὅτι διϊστάντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτά, πάντη τε, καὶ πάντως παραλυσόμεθα τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης οἰκονομίας τὸν λόγον.

ΕΝ τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων αὐτὸς ἡμῖν εἰσκεκόμισται λέγων ὁ κύριος· Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. ὥσπερ οὖν ἡ ὀσμὴ ἀσώματον μέν τι χρῆμά ἐστι· κέχρηται δὲ ὥσπερ ἰδίῳ σώματί τῳ, ἐν ᾧ ἐστι. πλὴν ἓν ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται τὸ κρίνον. καταφθείρει δὲ πάντως τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἡ ἑνὸς ἀπόστασις· ἐν ὑποκειμένῳ γὰρ ἡ ὀσμή, καὶ ἔστι σῶμα τὸ ὑποκείμενον. οὕτω νοήσωμεν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ, θεότητος φύσιν τὴν ἰδίαν τε, καὶ ὑπερκόσμιον ὑπεροχὴν διωδίζειν τῷ κόσμῳ, καθάπερ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ τὸ ἀσώματον κατὰ φύσιν, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν μονονουχὶ γενέσθαι καὶ ἐνσώματον· διά τοι τὸ θέλειν ἐπιγινώσκεσθαι διὰ σώματος, ἐνήργηκε γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ θεοπρεπῆ. οὐκοῦν νοεῖτ' ἂν εἰκότως ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τὸ ἀσώματον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἄνθει τῆς εὐοσμίας τὸ χρῆμα· λέγεται δὲ κρίνον τὸ συναμφότερον.

Apud Photium X.

CAPUT XI.

*Quod adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfuſæ tamen ſubſtantiæ * permanſerunt.*

** ſubſiſtentiæ, apud Facundum.*

Citat Facundus. Lib. 11. cap. 7. [ERectum eſt ſecundum Dei voluntatem, ſanctum tabernaculum per deſertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel.] Dixit Deus omnipotens ad diuinum Moyſen:
Exod. 25. v. 10. *Et facies mihi arcam teſtimonii ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum & dimidii longitudine; & inaurabis eam auro puro, extra & intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem cum imputribile ſit, eſt figura corporis incorrupti:

Ὅτι καὶ πρὸς ἕνωσιν ἀληθινὴν συνενεχθέντες τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἀσύγχυτα μεμενήκασι τὰ ὑποκείμενα.

ΕΓΗΓΕΡΤΑΙ κατὰ βούλησιν Θεοῦ κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἁγία σκηνή, καὶ ἦν ἐν αὐτῇ πολυτρόπως μορφούμενος ὁ Ἐμμανουήλ. ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ· Καὶ ποιήσεις κιβωτὸν μαρτυρίου ἐκ ξύλων ἀσήπτων, δύο πήχεων καὶ ἡμίσεος τὸ μῆκος· καὶ πήχεως καὶ ἡμίσεος τὸ πλάτος· καὶ πήχεως καὶ ἡμίσεος τὸ ὕψος· καὶ καταχρυσώσεις αὐτὴν χρυσίῳ καθαρῷ, ἔξωθεν, καὶ ἔσωθεν χρυσώσεις αὐτήν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄσηπτον ξύλον εἴη ἂν εἰς τύπον τοῦ ἀφθάρτου σώματος·

ἄσηπτος γὰρ ἡ κέδρος· τὸ δὲ χρυσίον, ὡς ὕλη τῶν ἄλλων ὑπερῃρμένη, τῆς θείας ἡμῖν οὐσίας καταστημαίνει διὰ τὴν ὑπεροχήν.

Ἀθρεῖ δὲ, ὅπως ἡ κιβωτὸς ὅλη κεχρυσωμένη χρυσίῳ καθαρῷ ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν. ἥνωται μὲν γὰρ τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ Θεὸς ὢν ὁ λόγος· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἔξωθεν κεχρυσῶσθαι τὴν κιβωτόν. ὅτι δὲ καὶ τὴν ἐνοῦσαν τῷ σώματι ψυχὴν λογικὴν, ἰδίαν ἐποιήσατο, καταδείξειεν ἂν τὸ καὶ ἔσωθεν αὐτὴν καταχρυσοῦσθαι δεῖν ἐπιτάξαι. ὅτι καὶ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. τὸ γάρ τοι χρυσίον ἐπαληλειμμένον τῷ ξύλῳ, μεμένηκεν ὅπερ ἦν, καὶ κατεπλούτει μὲν τὸ ξύλον τοῦ χρυσίου τὴν δόξαν· πλὴν οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι ξύλον. ὅτι δὲ ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον παραλαμβάνεται τοῦ Χριστοῦ, διὰ πολλῶν ἂν τις πιστώσεται λόγων. προεβάδιζε γὰρ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ζητοῦσα αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστός· Πορεύσομαι, καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν.

imputribilis enim cedrus; aurum vero quaſi materies aliis pretioſior, divinæ nobis indicat ſubſtantiæ majeſtatem.

Attendite igitur quoniam arca tota inaurata ſit auro puro extra & intra. Adunatus quidem fuerat ſanctæ carni Deus Verbum, & id eſt, vt opinor, arcam fuiſſe extra inauratam. Quod vero & animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet, quod & intra arcam præceperit inaurari. [Quod autem naturæ ſive ſubſtantiæ inconfuſæ manſerint, hinc ſcimus: aurum enim ſuperpoſitum ligno manſit id quod erat, & ornabatur quidem lignum auri decore; tamen lignum eſſe non deſiit. Quod vero arca in Chriſti accipiatur imaginem, pluribus poteſt probationibus declarari.] Præambulabat enim his, qui ſunt ex Iſrael, quærens ipſis requiem. Ait alicubi & Chriſtus: *Ibo, & parabo vobis locum.*

Citat ibidem Facundus, atque Leontius *libro 1. contra Eutychianos & Neſtorianos ſub finem.*

Ioan. 14. *v.* 3.

CAPUT XII.

Apud Photium XI.

Quod cum eſſet Deus Verbum, factus ſit homo, nec homo ſimpliciter, nuda conjunctione honoratus, vocatus ſit ad parem dignitatem Dei Verbi, ſive auctoritatem, ſicut quibuſdam videtur.

1. *Tim.* 3. *v.* 16. DIVINUS Paulus *magnum quidem* ait *eſſe myſterium pietatis.* Et vere ita ſe res habet: *manifeſtatus eſt* enim, *in carne*, cum ſit Deus Verbum; *juſtificatus eſt autem in ſpiritu.* Nullo enim modo noſtris videtur infirmitatibus contineri, licet juxta nos homo ſit factus: non enim fecit peccatum: *Apparuit autem & angelis.* Neque enim generationem ipſius ſecundum carnem ignoraverunt: *Prædicatus autem & gentibus*, quaſi Deus homo factus; *ita autem creditus eſt in mundo.* Probavit autem divinus Paulus ita ſcribens: *Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea, quæ dicitur circumciſio in carne manufacta: quia eratis illo tempore ſine Chriſto alienati a converſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo.* Erant ergo gentes in mundo ſine Deo, cum abſque Chriſto eſſent. Verum quoniam eum vere & natura Deum eſſe agnoverunt, ipſæ quoque ab eo agnitæ ſunt, fidem confitentes, & ipſe *aſſumptus eſt in gloria*, certe divina. Pſallit enim beatus David: *Aſcendit Deus in jubilo.* Aſcendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate: Deus enim erat incarnatus.

Epheſ. 2. *v.* 11.

Pſal. 46. *v.* 6.

Credimus igitur, non in vnum noſtri ſimilem deitate per gratiam honoratum, ne cultores eſſe hominis detegamur; ſed in Dominum magis, qui in ſervili forma comparuit, & qui fuit vere noſtri ſimilis, & in humanitate tamen Deus manſit: Deus enim Verbum, carne aſſumpta, non depoſuit quod erat; intelligitur tamen idem Deus ſimul & homo.

Et fidei quidem ratio ita ſe habet, & recte quidem. Sed ſi forte aliquis dicat, quid mali eſt, ſi intelligatur homo ſimilis noſtri apprehendere deitatem, ac non magis Deus homo fieri? Reſpondebimus mille eſſe, quæ contrario poſſunt opponi, & pene etiam nutu ſignificantia, nos oportere reniti conſtanter, nec credere ita eſſe.

Age enim ante alia. Diſpenſationis, quæ cum carne facta eſt, modum cernamus, & noſtrarum rerum naturam ſubtilius perſcrutemur: periclitata eſt hominis natura, & deprehenſa eſt malis extremis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN